UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Zosimo. 38.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Ioan. 11. ſceleſtius extitit? Et tamen ipſius lingua Deus ad benedictiones abuſus eſt. Quid rurſum Caipha ſceleratius? Et tamen vaticinatus eſt, & gratia linguam quidẽ ipſius tetigit, at non item mentem tetigit. Quòd ſi quid etiam, quod magis mirandum ſit,
3. Reg. 17. intelligere cupis, per coruum, hoc eſt, immundam auẽ, cælipetã illũ Eliã paſcebat. Quocirca ne dubites, quin per flagitioſos quoſdam Sacerdotes (neque enim omnes condẽnare oportet, nec æquũ eſt) diuina & natura ſublimiora beneficia tribuũtur.

Zoſimo. 38.

Maiorem in modum miror, quî fiat, vt tu, nec cuiuſquam exemplo impulſus ac pertractus, nec quenquam qui te imitetur, habiturus (auertat enim Deus ne quis in tantam voraginem ruat: vtinámque etiam ipſe ex peſtifera hac temulentia emergas) Sacerdotes eos qui virtutibus ornati atque inſtructi ſunt, ac ſpiritualibus dotibus ac rectè factis abundãt, vituperes, eorúmque ſugillationem actionum tuarum excuſationem habere te exiſtimes. At non ita eſt, vir optime, non inquam ita eſt. Quin potius & hominibus ridendum atque cõdemnãdum te propinas: & à Deo permultas pœnas ſuſtinebis, quòd & vitium amplexus ſis, & virtutem contempſeris, & ipſius alumnos maledictis proſcideris, & Sacerdotio per ſummam petulantiam contumeliæ notam inuſſeris: adeò vt plurimi homines, ne dicam omnes, à te offenſi, in ſalutis ſymbolis detrimentum acceperint. Vt igitur ab omnibus his malis eximaris (id enim opto) fac teipſum noſcas.

Arabiano Epiſcopo. 39.

Non modò illud exiſtima, te culpa & reprehenſione carere, verùm etiam laudibus plenum eſſe oportere. Illud enim quorumlibet etiam eſt: hoc autem ſumma virtute præditorum.

Eudæmoni Diacono. 40.

Quoniam inter plurimas neceſſitates

θεός. τί δὲ τοῦ Καϊάφα; ἀλλ' ὅμως προεφήτευσε, καὶ ἡ χάρις τῆς μὲν γλώττης ἥψατο, τῆς δὲ γνώμης οὐχ ἥψατο. εἰ δὲ καὶ παραδοξότερόν τι ἐθέλεις μαθεῖν, διὰ κόρακος, ἀκαθάρτου πτηνοῦ, τὸν οὐρανόδρομον ἔτρεφεν Ἠλίαν. μὴ τοίνυν ἀμφίβαλλε, εἰ δι' ἱερέων τινῶν ἁμαρτωλῶν, οὐδὲ γὰρ πάντων καταψηφίσασθαι χρὴ, οὐδὲ δίκαιον, τὰ θεῖα καὶ ὑπὲρ φύσιν δίδοται χαρίσματα.

Ζωσίμῳ. λη.

Λίαν θαυμάζω, πῶς μήτε παραδείγματι ἐκβιασθεὶς, μήτε ἕξων τὸν μιμησόμενον. μὴ γὰρ δὴ γένοιτό τινα εἰς τοσοῦτον βάραθρον καταπεσεῖν, γένοιτο δὲ καὶ σὲ ἀνενεγκεῖν ἐκ τῆς ὀλεθρίου ταύτης μέθης τοὺς ἀρεταῖς κομῶντας ἱερέας, καὶ πνευματικοῖς κατορθώμασι βρύοντας κακηγορεῖς, νομίζων ἀπολογίαν ἔχειν τῶν οἰκείων πραγμάτων, τὴν τῶν ἄλλων κωμῳδίαν. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, ὦ βέλτιστε, οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ παρ' ἀνθρώποις γέλωτα ὀφλισκάνεις, καὶ κατάγνωσιν, καὶ παρὰ Θεοῦ πολλὰς ὑπομενεῖς τιμωρίας, ὅτι τε κακίαν ἠσπάσω, καὶ ὅτι τὴν ἀρετὴν ἠτίμασας, καὶ ὅτι τοὺς ταύτης τροφίμους ἐκακηγόρησας, καὶ ὅτι εἰς τὴν ἱερωσύνην παροινήσας ἐξύβρισας, ὡς τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων, ἵνα μὴ λέγω πάντας σκανδαλισθέντας ὑπὸ σοῦ, νομίσαι εἰς τὰ τῆς σωτηρίας παραβεβλάφθαι σύμβολα, ἵν' οὖν τούτων ἁπάντων ἀπαλλαγείης τῶν κακῶν, εὔχομαι γὰρ, γνῶθι αὐτόν.

Ἀραβιανῷ ἐπισκόπῳ. λθ.

Μὴ μόνον μέμψεως κρείττονα οἴου δεῖν εἶναι σαυτὸν, ἀλλὰ καὶ ἐπαίνων ἔμπλεων. τὸ μὲν γὰρ καὶ τῶν τυχόντων ἐστὶ, τὸ δὲ τῶν ἄκρων εἰς ἀρετήν.

Εὐδαίμονι διακόνῳ. μ.

Ἐπειδὴ πλείστας ἡ φύσις ἡμῶν ἀνάγ-

και